



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

8. Minor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

## Minor.

1 Pubes dicitur masculus post 14. annos completos, fœmina vero post 12. & ante hanc etatem puer dicitur impubes, seu pupillus, fœmina autem pupilla: minor vero dicitur tam masculus, quam fœmina post pubertatem usque ad 15. annum completum. Approximare aetatem pubertati in hac materia dicitur puer decimum annum cum dimidio excedens, & fœmina cum excedit nonum, & dimidium, lib. 6. disp. 38. nro. 2.

2 Minor habens curatorem, & contrahens cum eius licentia, obligatur naturaliter, & ciuiliter. Absque ciuitatem licentia non ciuiliter. Si autem careat, curatore, naturaliter, & ciuiliter obligatur: licet, si ledatur, possit beneficium restitutionis implorare, lib. 6. disp. 38. num. 4.

3 Pupillus proximus pubertati, autoritate tutoris contrahens obligatur naturaliter, & ciuiliter, secus, quando non est proximus pubertati, lib. 6. disp. 38. nro. 5.

4 Minor, vel pupillus non obligatur etiam auctoritate tutoris ciuiliter in alienatione rerum immobilium, quæ seruando seruari possunt, nisi ad sit iudicis decretum. Idem si curatorem non habeat, lib. 6. disp. 38. nro. 6.

5 Minor, vel pupillus habens tutorem, vel curatorem, contrahens sine eius auctoritate, obligatur naturaliter, & ciuiliter, si factus sit locupletior, lib. 6. disp. 38. nro. 7.

6 Mi-

6 Minor pubes carens' tute obligeatur  
civilitate ex contractu: secus, si fuerit impubes,  
lib. 6. disp. 38. nn. 8.

7 Contractus minoris, aut pupilli sine au-  
thoritate tutoris, vel curatoris gestus valet in  
eius utilitatem, estque in eius opinione stare  
contractus lib. 6. disp. 38. nn. 9.

8 Minor absq; curatoris autoritate, quan-  
do illum habet, non potest constituere ma-  
ioratum, nisi eam iuramentum suppleat, lib. 6.  
disp. 38. nn. 9.

9 Quamvis minor autoritate curatoris  
contrahat, si laesus sit, potest petere restitu-  
tionem. Dicitur autem Iesus, quando minor facit  
actum, ex quo nulla sibi utilitas sequi potest  
sed damnum, libro. 6. disputation. 38. numer. 11.  
¶ 12.

10 Minor pubes factus, si iurat contractum  
onerosum, vel lucratium, firmatur iuramen-  
to, teneturque illi in utroque foro stare: nec  
competit ei restitutio, quamvis laedatur, licet  
sine autoritate curatoris, & iudicis decreto  
alienet immobilia, & licet iurer per procu-  
rаторem; siue in ipso contractu, siue ante, siue  
post, lib. 6. disp. 38. num. 13. Et ut firmetur con-  
tractus iuramento, requiritur in iurante mi-  
nori pubertas, & si fuerit minor impubes licet  
iuramentum non firmet contractum, obliga-  
bit, donec relaxetur. Immo & pater, & curator  
potest illud irritare, libr. 9. disp. 38. num. 13. 16.  
¶ 17.

M. Pu-

11 Pupillus, aut minor contrahens sine curatoris, aut tutoris auctoritate, obligatur naturaliter, & in foro conscientiae ex contractu, licet non sit factus ditior, & tutores careat. Secundus, quando pupillus est infans, aut infantia proximus, vel quando promissio facta est de rebus, quarum alienatio est interdicta minori absque iudicis decreto, licet habeat auctoritatem tutoris, vel quando pupillo, vel adulto ex aliqua causa iudex interdixit administrationem. Ex mutuo tamen naturaliter pupillus obligatur, lib. 4. disp. 38. a num. 21. usque ad 28.

12 Pupillus cum ipso tutores contrahens naturaliter non obligatur ex contractu, nisi altero tutores auctore ei obligetur, & pupillus factus sit ditior, aut dolum committat, lib. 6. disp. 38. nu. 25.

13 Minor non potest occultâ compensatione vti, quando non potest absque magnis expensis petere coram iudice restitutionem, nisi quando talis esset laesio, vt alter citra omnem dubium teneretur in foro conscientiae restituere ante omnem iudicis sententiam, & casu quo potest beneficium restitutionis implorare, potest tutâ conscientiâ non soluere, nec stare contractui, libr. 6. disputat. 38. numer. 34. & 34.

14 Minor reputatur maior in spiritualibus, & in alijs, in quibus talis reputatur ad eum effectum, vt possit absque curatore agere, & possit

possit absque alio matrimonium inire, ac profiteri. Non tamen ad eum effectum, ne Iæsus circa hæc, quando reuocari possunt, reclamare possit beneficium restitutionis petens, l.7.  
disp.37.nu.29.

N

*Nouitiatus.*

1. **N**ouitiatus est repetendus à transeunti ab una religione ad aliam. lib.7. dis.37.  
nu.47.

2 Siue nouitiatus sit irritus, siue validus, nulla ipsius iteratione opus est ad professionem irritam ratam habendam: licet nullitas professionis, & nouitiatus publica sit, ob professi inhabilitatem, lib.7. disp.37. à num. 45. usq  
ad 48.

3 Nouitiatus inchoatus post pubertatem, & impletus ante decimum sextum annum est validus, l.7. disp.37. nu.49.

4 Quando professio fuit nulla defectu nō premissæ informationis à Sixto Quinto, quādomaior sexdecim annis profitetur, & in nouitiatum ingreditur, non irritatur nouitiatus, etiam quando illegitimi non ex sacrilego, aut incestuoso concubitu nati, recepti sunt, non p̄missa dictâ informatione. Est tamen irritus, si ex incestuoso, vel sacrilego nati sunt, sed non repetendus, libr.7. disputat. 37. numer. 54. & 55.

5 Annus nouitiatus non exigitur in religio-